

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2731

**Auteur(s) :** Robert André [particulier]

**Auteur(s) :** Jeanne, femme de Robert André [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Robert Roignon [clerc]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1291

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente par Robert André à Robert Roignon, clerc, de dix sols tournois de rente, assignés sur certains fonds sis à Origni-le-Roux, pour un capital de quatre livres et demie.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche, Mortagne-au-Perche, Meaux* (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 249, p. 235-236.

Texte établi d'après a

Noverint universi quod ego Robertus Andree et ego Johanna ejus uxor, de communi assensu, vendidimus et concessimus Roberto dicto Roignon clerico et ejus heredibus decem solidos Turonenses annui et perpetui redditus, sitos et assignatos super clausum nostrum de Lousant et super vineam cum fondo et terra que continentur in dicto clauso, et super quamdam peciam terre albotantem dicto clauso a parte superiori, et a parte inferiori chemino per quod itur de Origneio Rupho apud Belismum, et est junctum dictum clausum terre relicte defuncti Raginardi Billart ex una parte, et ex alia parte terre Symonis Bellom ; dictum vero redditum a dicto Roberto et ejus heredibus habendum et percipiendum in festo Omnium Sanctorum, quietum et liberum ab omnibus serviciis, redditionibus et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus, annuatim quoquomodo ; et sita sunt omnia predicta in parochia de Origneio Rupho in feodo domini de Chancenayo ; et fecimus dictam vendicionem pro quatuor libris et dimidia Turonensibus, nobis pre manibus a dicto clerico persolutis in pecunia numerata .... Hoc actum expresso in contractu presentis vendicionis quod si nos vel heredes nostri defecerimus in solutione dicti redditus in toto vel pro parte facienda dicto clerico et ejus heredibus in dicto festo, ut dictum est, tenebimur solvere eidem clerico vel ejus heredibus, quocienscumque defecerimus in solutione dicti redditus, pro qualibet septimana transacta dictum festum, sex denarios Cenomanenses pro dampnis..... nichilominus remanente redditu principali..... In cujus rei testimonium dedimus dicto clerico et ejus heredibus presentes litteras sigillis nostris et munimine roboratas.....

Nos vero Johannes Pichart, vicecomes de Mauritania et custos de terra Pertici, ad petitionem dictarum parcium et ad majorem rei confirmationem, sigillum de terra Pertici, una cum sigillis Roberti Andree et Johanne ejus uxoris, salvo tamen omni jure, presentibus litteris duximus apponendum.

Actum et datum die lune post Quasimodo, anno Domini M° CC° nonagesimo primo.